

H. 1025

IN NOMINE DOMINI NOSTRI
JESU CHRISTI.
EPITOME
L E G U M U N I V E R -
S I T A T I S R O S T O -
CHIENSIS,

Quæ bis quotannis publi-
cè præleguntur,

Autoritate

R E C T O R I S & C O N C I L II,
Civibus Academicis, cum primis Studiosæ
Juventuti, ad continuam commonesfactionem,
& evitandum perjurium,

P. Propositæ

Die XXIX. April. ANNO 1657.

Sub Sigillo Rectoratus.



ROSTOCHII,

Typis Hæredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

k

Ad ductum DE CAL O GI.

eiusque

Præcept. I.

Pletas precibus & Lectione
S.Bibliorum exercenda..

IL

Nomen DEI non profanandum scandalis, perjurii, execrationibus &c.

III.

Sabbathum sanctificandum.
Conciones audienda. Fideles
Evangelii Ministri reverendi.

IV.

Magistratui, Parentibus,
Præceptoribus, subjectio, obedientia, gratitudo debita præstanda.

Legibus obtemperandum;

IN SPECIE.

Ad Præcept. IV.

Caput Academie sit RECTOR.

Inscriptio in Matriculam Universitatis intra octiduum a-pud Rectorem petatur.

Nec toleretur, nedum promoveatur non inscriptus.

Citati in judicium comparent. Sententie Rectoris pa-reant. Arresto detenti sine nerum deductiones,

consensu ejusdem non discedant.

Desidia & Studiosis indigna vita, Parentibus, Patronis, Tutoribus aperietur, vel Relegatione vindicabitur.

Sedulitati in Studiis, tum privatis tum publicis, omnia officiorum genera, promotione, commendationes, promittuntur.

Communis Mensæ Alumni præscripta Dnn. Inspectorum sequantur.

Discendum antè, quod è sug-gesto docendum.

Schoristæ, Studiosos - Ju-niores exagitantes & ære emungentes, hinc exesse ju-bentur.

Nationes, nationalesque conventus, contrà Jurisdictionem, inspectionem & disciplinam Rectoris & Profes-sorum, ad symposia, exactions, corruptiones, instituti, à reverentibus Deum evi-tabuntur.

Ad actus publicos, Dispu-tationes, Declamationes, Fu-

ctor

Ctore vel Professoribus invitati comparebunt.

Programmata, Disputationes vel Schedas nemo ius sus refigat.

Ad Præcept. V.

A nocturnis, diurnisque discursationibus, boatis, in-juriis, vi, fraude, seditionis-tumultibus, ædium oppu-gnationibus, sub poenâ Car-ceris vel Relegationis quisque abstineat.

Non gladiorum sed palliorum gestatio Studiosos decet.

Ad Duellum alios provocans, & cum provocante configens, uterq; Relegatione: Servitum ad id provocanti præstans, Carr-cere punientur.

Controversia inter Studio-sum & Studiosum orta, cum amicè ea componi non potest, ad Magistratum Academicum: Si quæ verò Membro Academiacum cum Civile Oppidano intercedit, ad Tribunal Consulare deferatur, salvo tamen Rectoris & Universitatis pri-vilegio.

Bombardam in Civitate displodens eâ privetur, & qui globum noctu ejaculatus fuerit, relegetur.

Ad Præcept. VI.

Cauponæ & œnopolia non sunt destinata Musis loca.

Irrumpentes non invitatii ad nuptias, & tumultus excitantes, in Carcerem abducentur.

Occasiones libidinum & in-temperantiaz, item morum ser-monisque spurcitez, helluatio-nes, luxusque vestium procul habenda.

Fugienda profusio luxuri-ans, quam coercent Leges sum-tuariez.

Omnes latyvae discursatio-nes, sive diurnæ sive noctur-næ, quoctunque Annis tempore prohibitæ.

Chori Musici sine dispensa-tione Rectoris non ducendi.

Ad VII.

Cavendum à furtis & defrau-dationibus.

Ludendo alterius pecuniam aut libros ad se transferens, præter restitutionem eorum, iuxta cum altero, de sententiâ Rectoris, punietur.

Creditoribus & cum primis Hospitiibus tempestivè satis-fiat: Nec Debtores perfidè fugientes impuniti evadent.

Ad

'Ad Præcept. VIII.

Veritas in omnibus doctri-
næ & vita partibus amanda,
amplectenda, retinenda.

Famosis libellis, fictis cri-
minibus, sycophanticis calu-
mniis innocentium famam læ-
dentes, infami exclusione ejus-
cientur.

Ad IX. & X.

Omnes dubitationes, securi-
tas, trepidationes in ærumnis,
vitiosæ inclinationes & cupi-
ditates antecollentia, hono-
rum, opum, vindictæ, quæ fon-
tes sunt omnium exterritorum
scelerum, à membris Ecclesiæ
Dei reprimendæ & cōpescēdæ.

Docentes fideliter partes offi-
cij sui obcant.

Docentium negligentia vel
mali mores Promotori aut Re-
ctori denunciari possunt.

In Publicis Congressibus
constitutus - ordo honestus
servetur.

Her., & quæ porrò in utilita-
tem Universitatis sollicita cir-
cumspicione Academiz Ma-
gistratus his adjicienda arbi-
tratus fuerit, singuli Academiz
Cives, sive illi docentes sive
discentes sint, fideliter & sedu-
lo obseruent.

Obedientibus præmia: In-
obedientibus poenæ tempora-
riæ & æternæ propositæ.

Deus omnibus & ocu-
los det videntes & aures
audientes!

